



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Provisiones Senectutis, Per Tres
Partes Distributæ - In quibus raræ ac penenecessariæ Veritates, cum
omnibus Christi fidelibus, tum potissimùm Gratiarum Cœlestium,
lucrorumque æternorum avidibus, quà theoreticè, quà practicè
proponuntur

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066391

Stimulus 11. Vocatio Religiosa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45462

Apoc. 2. 5. Angelo Ephesino dati. *Prima opera fac.* Est enim
Apoc. 2. 4. res periculi plena. *Charitatem primam reliquisse.*

Stimulus XI.

Vocatio Religiosa.

VOcatio Religiosa, si quem ea tenet, eadem ad cursum perpetuum, indefessum, contentissimumque premit. Nam quid est aliud Vocatio Religiosa? nisi status atque professio cursus ad virtutum perfectionem incitati atque perpetui? Hæc est enim Essentia Religiosi, semper proficere, semper tendere ad perfectionem Christianam, adeo, ut negligere hanc tendentiam, atque non curare ex proposito, criminale & damnable si in hoc statu. Neque opus est, ut quis ultrò regrediatur à perfectioribus ad imperfectiora, sufficit ad malum, nolle proficere, nolle meliorem esse aut fieri. In statu personaque Religiosa, ipsa intermissio proficiendi, est regressus & defectio. Sicut qui est in fluvio, per hoc solum descendit retrò deorsum, quia non nititur ascendere sursum: etiam si navim non agat in descensum. Videat ergo quisquis statu Religiosus est, ut etiam simul perpetuò proficiens sit: quia hæc est spes vocationis suæ, quâ vocatus est, & quâ carere sine noxa non potest, nisi essentia suâ carere velit. Quale monstrum est, velle Hominem se esse absque Rationalitate, tale est, velle se esse Religiosum, absque proficiendi alacritate. Attendant hoc senes Religiosi, & videant, velintne in morte aut iudicio Christi inveniri ita monstrosi?

Stimu-